

Pius II. an Hz. Sigismund von Österreich (Breve). Im Streit zwischen dem Herzog und NvK bittet er um Verlängerung des Aufschubs bis zum 29. September 1459. NvK könne nicht persönlich nach Mantua kommen, weil er weiterhin in Rom als Legat gebraucht werde. Der Papst werde sich jedoch in Mantua um eine Beilegung der Streitigkeiten bemühen. Beide Seiten sollen ihre Gesandten schicken.

Or., Perg. (Siegelreste rückseitig): INNSBRUCK, TLA, Pestarchiv, Akten XXXII 12.

Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Arm. XXXIX 9 f. 42ⁿ.

Erw.: Vansteenbergh, Cardinal 192; Meuthen, Die letzten Jahre 52, 186 Anm. 6 (mit Auszug); Gismann, Beziehungen 643 Anm. 185.

Pius papa ii.

Dilecte fili. Salutem et apostolicam benedictionem. Super differentiis, que inter dilectum filium nostrum N. tituli Sancti Petri ad vincula prebiterum cardinalem et nobilitatem tuam vertuntur, scimus inter vos ambos treugas statutas usque ad festum beati Jacobi apostoli proxime venturum (25. Juli 1459) 5 esse prorogatas.¹⁾ Ad quas differentias debite componendas optabat idem cardinalis presenti diete²⁾ in tempore adesse.³⁾ Verum nos propter nonnullas urgentes causas necesse impresentiarum habemus in Urbe Romana, ubi illum in discessu nostro legatum reliquimus ad aliquod ultra tempus circumspectionem suam tenere et securitati terre Romane per hunc modum consulere. Cum itaque hoc medio tempore nobis debitum sit providere, ut eadem circumspectio sua detrimenti aliquid propterea non patiat, hortamur 10 nobilitatem tuam in domino et quanto possumus maiori affectu requirimus, ut velis antedictas inducias etiam nostro intuitu usque ad festum Michaelis (29. September 1459) differre nobisque obsequium hoc non denegare, quod in munus gratissimum habituri proculdubio sumus.

Interim vero, si generositas tua, sicut confidimus, ad ipsam dietam personaliter veniet vel oratores suos transmittet⁴⁾, ad terminandam omnem huiusmodi causam efficacem operam dabimus. Et non dubitamus 15 eundem legatum mandatarios suos quamprimum missurum, qui ad omnia acceptanda ac concludenda potestatem plenissimam habeant. Faciet in hoc tua nobilitas rem commodis nostris magnopere utilem, tua prestantia dignam et ad tollendos in primis rancores, si qui inter vos vigent, plurimum conferentem. Nos autem propterea eandem tuam nobilitatem amare impensius et omnibus caritatis et benevolentie nostre officii prosequi merito habebimus, expectantes super hoc ipso iuxta petitionem nostram responsum. 20 Datum Mantue sub anulo piscatoris die ultima maii mcccclix pontificatus nostri anno primo.

Ja(cobus) Lucensis⁵⁾

(Adresse rückseitig): Dilecto filio, nobili viro Sigismundo duci Austrie.

¹⁾ S.o. Nr. 5906 (1459 April 24).

²⁾ Der zu dieser Zeit noch schlecht besuchte Tag von Mantua, den Pius II. am 1. Juni 1459 eröffnete; s. Pastor, Geschichte der Päpste II 50f.

³⁾ Vgl. oben Nr. 5925 (1459 Mai 21).

⁴⁾ Am 2. Juni 1459 folgte nochmals eine Einladung an Hz. Sigismund zum Kongress von Mantua; Or., Perg.: INNSBRUCK, TLA, U I 8350.

⁵⁾ Iacopo Ammanati Piccolomini, päpstlicher Sekretär; s.o. Nr. 4512 Anm. 2.